

Ἑνάτο Μάθημα

legor	legebar	legar	lectus	sum	lectus	eram	lectus	ero
legeris	legebaris (-re)	legeris (-re)		es	-a, -um	eras	-a, -um	eris
legitur	legebatur	legetur		est		erat		erit
legimur	legebamur	legemur	lecti	sumus	lecti	eramus	lecti	erimus
legimini	legebamini	legemini	-ae, -a	estis		eratis	-ae, -a	eritis
leguntur	legebantur	legentur		sunt		erant		erunt
audior	audiebar	audiar	auditus	sum	auditus	eram	auditus	ero
audiris	audiebaris (-re)	audieris (-re)	-a, -um	es	-a, -um	eras	-a, -um	eris
auditur	audiebatur	audietur		est		erat		erit
audimur	audiebamur	audiemur	auditi	sumus	auditi	eramus	auditi	erimus
audimini	audiebamini	audiemini	-ae, -a	estis	-ae, -a	eratis	-ae, -a	eritis
audiuntur	audiebantur	audientur		sunt		erant		erunt

- 1) Miranda est virtus militis.
- 2) Periculum timendum.
- 3) Philosophia agenda et omittenda demonstrat.
- 4) Ad pacem petendam venerunt.
- 5) Officium patriae defendendae. (Officium patriam defendendi).
- 6) Cupiditas belli gerendi. (Cupiditas bellum gerendi).
- 7) Caesar navium parandarum causa moratur.

Impendente autem die, quo ex hac vita erat exitura – quem diem tu noveras ignorantibus nobis – provenerat, ut credo, procurante te occultis tuis modis ut ego et ipsa soli staremus incumbentes ad quandam fenestram, unde hortus intra domum, quae nos habebat, prospectabatur, illic apud Ostia Tiberina, ubi remoti a turbis post longi itineris laborem instaurabamus nos navigationi. Conloquebamur ergo soli valde dulciter et *praeterita obliviscentes in ea quae ante sunt extenti* quaerebamus inter nos apud praesentem veritatem, quod tu es, qualis futura esset vita aeterna sanctorum, quam *nec oculus vidit nec auris audivit nec in cor hominis ascendit*. Sed inhiabamus ore cordis in superna fluenta fontis tui, *fontis vitae, qui est apud te*, ut inde pro captu nostro aspersi quoquo modo rem tantam cogitarem.